FIrmissime, tene, & nullatenus dubites, omnem hæreticum, vel schismaticum, quamvis multas eleemosynas faciat, vel etiam pro Christo sanguinem fundat, cum diabolo, & angelis ejus æterni ignis incendio participandum, nisi ante finem hujus vitæ Catholicæ fuit incorporatus & *b* redintegratus Ecclesiæ. *Et post pauca*: Omni enim homini, qui Ecclesiæ Catholicæ non tenet unitatem, nec *c* Baptismus, nec eleemosyna, quantumlibet copiosa, neque mors *d* pro nomine suscepta Christi proficere poterit ad salutem.

NOTÆ.

a AUgustinus.) Ex eodem Sancto citantur hæc verba ab Anselmo *lib.* 8. *ex fine Decreti*, Ivone *p.* 1. *Decreti*, *c.* 4. & 30. & in 1. *collect. sub h. t. c.* 3. & reperiuntur verba hæc inter opera D. Augustini *in lib. de fide ad Petrum Diaconum*.

b *Et redintegratus.*) Nam dum pertinax est in ipsa hæresi, extra Ecclesiam est, ut probat Ricciullus *lib.* 3. *de jure person. c.* 2. atque nullo modo ante reconciliationem decedens salvari potest.

c *Baptismus.*) Antea ab eo susceptus, alias hæreticus non esset, ut probavi supra *in c.* 1.

d *Pro nomine Christi.*) Sed illis, & cum errore suo, ut contingit sæpius Lutheranis, & Calvinistis, qui comburi patiuntur non abjurato suo errore, imo pro ejus defensione; unde credunt pro Christi nomine martyrium pati, quod illis nullo modo prodest.

# C A P U T IV.

## a Gregorius *Anastasio Antiocheno*.

PRæterea dum de sanctorum Conciliorum custodia sua fraternitas loqueretur, sanctam *b* Ephesinam Synodum primam se custodire professa est: sed quia ex annotatione *c* hæretici codicis, qui ad me ex regia urbe transmissus est, agnovi per hoc, quod quædam capitula catholica cum hæreticis fuerant reprehensa, quia quidam illam Ephesinam primam Synodum in eadem urbe existimant, quæ quondam ab hæreticis traditur esse composita, omnino necesse est, ut charitas vestra eamdem Synodum apud sanctam Alexandrinam, atque Antiochenam Ecclesiam requirat, & qualiter in veritate habeatur, inveniat. Vel si placet, hinc dirigimus, quæ ab antiquitate servata in scriniis habemus: illa enim Synodus, quæ sub primæ Ephesinæ imagine facta est, quædam in se oblata capitula asserit approbata, quæ sunt Cœlestii, *d* atque Pelagii prædicamenta; & cum Cœlestius, atque Pelagius in ea Synodo sint damnati, quomodo poterant illa *e* capitula recipi, quorum damnabantur auctores? Quia vero pervenit ad nos in Orientis Ecclesiis nullum ad *f* sacrum ordinem, nisi ex præmiorum datione pervenire, si ita esse vestra fraternitas agnoscat, hanc primam oblationem omnipotenti Deo offerat, ut a subjectis sibi Ecclesiis errorem simoniacæ hæreseos compescat.

NOTÆ.

a GRegorius.) Ita etiam legitur in 1. collect. *sub h. t. c.* 4. & extat textus hic inter epistolas ipsius Gregor. *lib.* 5. *indict.* 2. *ep.* 48. ex qua posteriori parte restituo litteram hujus textus.

b *Ephesinam Synodum.*) Synodus Ephesina Oecumenica celebrata fuit anno Christi 431. auctoritate Cœlestini Pontif. & favente Theodosio Juniore Imperatore, ubi plusquam ducenti Episcopi ex Oriente convenerunt, & præfuit ut Legatus Romani Pontif. Cyrillus Episcopus Alexandrinus. In hoc Concilio condemnata est præcipue hæresis Nestorii, ponentis in Christo duas personas, humanam & divinam; unde dicebat, BB. Virginem Mariam dici non debere Dei genitricem, sed Christi genitricem. Pii autem illi sanctissimi divino afflati lumine statuerunt, tam vere dici, & esse matrem Dei, quæ vere genuit Deum, & ex tunc in salutatione Angelica addita fuere illa verba: *Sancta Maria mater Dei ora pro nobis*; ut refertur in ipsis actis, & narrant Baronius, & Coriolanus dicto anno 431. Idem Coriolanus in summa Conc. ad ipsum Conc. Ephesinum.

2 c *Hæretici codicis.*) Magna enim cura fuit semper hæreticorum, Ecclesiæ decreta, sanctorumque Patrum scripta suis sententiis pravis immixtis, aut additis adulterare, & corrumpere. S. Clemens de his mixturis, quibus hæretici sua scripta corrumperant, conquerebantur, ut refert Epiph. *hæres.* 34. & hanc sortem scriptis suis obrigisse queritur Dionysius Corinthius apud Eusebium *lib.* 4. *hist. c.* 21. & corruptam ad hunc modum a Nestorianis fuisse S. Athanasii epistolam ad Epictetum, narrat S. Cyrillus: priorem ad Successum epistolam ab Iconoclastis S. Epiphanii scriptam, corruptam multis demonstrat alter Epiphanius in Syn. Nic. 2. *actione* 6. Plures similes apud Sanctos Patres antiquos, & recentiores, suppositiones, & adulterationes congesserunt Ant. Aug. *in epit. juris*, *lib.* 11. *tit.* 15. Gretherus *in lib. de jure & more prohibendi malos libros*, *lib.* 2. *c.* 5. Theophilus Raynaud. *in tract. de bonis & malis libris*, *partit.* 1. *erotem.* 10. *n.* 283.

3 d *Cœlestii, atque Pelagii.*) Cœlestius Pelagii sectator fuit; ut refert D. Aug. *de hæresibus c.* 88. *ibi*: " Pelagianorum est hæresis hoc tempore omnium recentissima, a Pelagio monacho exorta, quem Magistrum Cœlestius sic secutus est, ut sectatores eorum Cœlestiani etiam nuncupentur. Impia dogmata Cœlestii, & Pelagii valide confutavit idem Sanctus *in lib. de gratia Christi*, & *in lib. de peccato origin.* & damnata fuerunt in Conc. Milevit. sub Innocentio I. & in hoc Ephesino *a.* 9. *can.* 1. his verbis: " Quia vero oportebat eos, qui ob aliquod ecclesiasticum, vel corporis impedimentum, in regione, vel civitate sua detenti, sacræ Synodo interesse nequiverunt, ea non ignorare, quæ de schismaticis sunt definita; notum facimus vestræ Sanctitudini, quod si provinciæ cujuspiam Metropolitanus, a sacra, & Oecumenica Synodo deficiens, defectionis conciliabulo sese addixerit, vel postea quoque cum Cœlestio senserit, vel etiamnum senserit hujusmodi contra provinciæ suæ Episcopos nihil omnino decernere posse, quod a sacra Synodo ab omni communione Ecclesiastica seclusus, nullius deinceps potestatis, & auctoritatis existat. " Hæc ibi: ex quibus consequitur, vere dici in hoc capite quod interpretantur, Cœlestium & Pelagium in Ephesina Synodo esse damnatos: & etiam apparet, male Ananium, Panormitanum, & Socinum in præsenti, ex hoc textu deduxisse, Pontificem posse in Concilio condemnari, cum in Concilio Ephesino non Cœlestinus: sed Cœlestius damnaretur. De erroribus Cœlestii, & Pelagii agitur in variis Conciliis, quorum verba refert Antonius Augustinus *in epit. lib.* 11. *tit.* 39. & 40. & refert post alios Saleles.

e *Capitula.*) Ubi continebantur dogmata Cœlestii, & Pelagii.

f *Ad sacrum ordinem.*) De simonia in susceptione Ordinum commissa, egi *in c.* 1. *de simonia*.



COMMENTARIUM.

4 Conclusio asseritur, & probatur. EX fragmento hujus epistolæ compilato sub hoc titulo de hæreticis, communiter deducitur ab Interpretibus assertio, damnato auctore ex causa hæresis, damnata censeri ejus scripta. Ita repetentes omnes in præsenti, juxta quorum mentem conclusionem deduco: *Scripta hæretici per Ecclesiam damnati, damnata sunt; & ita confiscanda aut comburenda.* Probant eam textus *in canon.* 60. *Apost.* Nicæna Synodus 2. *canon.* 9. *ibi*: *Laicus, vel monachus excommunicetur, Episcopus, Presbyter, Diaconus deponatur qui occultaverit libros hæreticorum.* Et *c.* 3. ubi specialiter de Cœlestii, & Pelagii scriptis agitur, 15. *dist. c.* 2. juncta integra, *hoc tit.* Leo Magnus *epist.* 91. *c.* 16. *ibi*: *Dijudicii tractatus vetantur, inter nullos respuuntur.* Innocent. II. *epist. ad Senonensem Archiepisc. Remens. ibi*: *Mandamus quatenus libros erroris Petri Abailardi faciatis igne comburi.* Conc. Brachar. 1. *canon.* 17. Adrianus Papa *in epistol. ad Basilium Augustum, in actione* 8. *Synodi* 8. *ibi*: *Omnia schismatis gravamina igne convocantibus cunctis, ne unus quidem apex, aut jota, inde supersit.* Nicolaus I. *ad consulta Bulgarorum*, *c.* 103. Conc. Later. sub Leone X. *sess.* 10. Constanciense *sess.* 18. Trident. *sess.* 18. & 25. *l. damnato* 3. *l. quicumque*, *Cod. de hæret. l.* 34. *C. Theodos. eod. tit. l. omnibus*, *C. de Episc. & cler. l.* 10. *C. de Episcop. aud.* Alia Imperatorum edicta, & Pontificum decreta pro illustratione hujus conclusionis congesserunt Ant. August. *in epit. juris*, *lib.* 11. *tit.* 14. Crespetius *in summa jur. Pont. verb. Hæreticorum libri*, Castro *de justa hæret. punit. lib.* 2. *c.* 15. & 16. Conradus Brunus *lib.* 6. *de hæret. c.* 6. Ricciul. *de jure person. lib.* 5. *c.* 21. Gabriel Putherbeus *de tollend. malis lib.* 3. Baptista Cardona *lib. de expungendis hæretic. Auctorum nominibus*, Jacobus Gretserus *in l. de jure & more prohibendi libros hæreticorum*, Theoph. Rayn. *tom.* 11. *in tr. de bonis, & malis libris partit.* 1. *erotemate* 3. Petrus Greg. *lib.* 2. *partit. tit.* 6. *c.* 7. & *in c. damnamus*, *de summa Trin.* Filesac. *in c.* 1. §. 7. *de offic. Ordin.* Coriol. *in summa Conc. ad Conc. Armeniæ, anno* 1433. Diana *p.* 11. *tr.* 1. *res.* 1. & *tract.* 8. *res.* 62. Pet. Herod. *lib.* 1. *Pandect. tit.* 2. Bellarm. *tom.* 1. *controv. lib.* 3. *de cler. c.* 20. Simanchas *de cathol. tit.* 38. Filesac. *in c.* 1. §. 7. *de offic. Ord.* Beyerlinck *in Theatro vitæ hum. tom.* 4. *verbo Libri*, Suarez *de fide*, *disp.* 20. *sect.* 2. Basil. *de matrim. in append. c.* 2. *n.* 6. I. Gothofr. *in l.* 14. *C. Theod. de malef.* & *in leg.* 34. *de hæret.* Thomas Delbene *p.* 1. *de offic. Inquis. dub.* 76. P. Mendo *lib.* 2. *de jure academ. q.* 16. D. Joseph. de Retes *lib.* 8. *opusc. c.* 13. P. Serlogus *com.* 3. *in Cantica*, *vestig.* 34. *fol.* 481. Decianus *lib.* 5. *tract. crim. c.* 48. Becanus *in* 2. 2. *c.* 15. *de fide*, *q.* 8. Cohelius *in notis Cardin. c.* 15. *congreg.* 10. Fornerius *lib.* 3. *rer. quotid. c.* 14. Coriolanus *in breviario*, *anno* 1545. P. Menochius *lib.* 3. *polit. c.* 3. *n.* 5. Castropalao *tom.* 1. *oper. mor. tract.* 4. *disp.* 2. *punct.* 10. Bordonus *tom.* 1. *sanct. Tribun. c.* 14. Pancius *in nomocan. tit.* 12. *c.* 3.

5 Derogatur rationi dubitandi. Sed pro dubitandi ratione in præsentem assertionem ita insurgo: In libris hæreticorum multa bona continentur, quibus uti possumus cum non modica utilitate. Tertullianus enim in ipsis libris, quos adversus Ecclesiam scripsit, ut de pudicitia, de fuga in persecutione, de monogamia, & exhortatione castitatis, quam multa ad Christianos usus, & dogmata contra sectarios peropportuna suppeditat. Eusebium Cæsariensem Arianorum signiferum appellat D. Hier. evinciteque Epiph. *in Syn.* 2. *Nicæna*, *act.* 6. probatque Cano *lib.* 11. *de locis*, *c.* 6. magno tamen Ecclesiæ damno scripta ejus exciperentur. Quid dicemus de Origenis, & Novatiani libris? versantur enim omnium manibus cum fructu, etiamsi in eis maculæ, & errores non uno in loco supersint, constetque Novatianum fuisse aperte hæreticum: & eodem nomine appellatur Origenes in Conc. Later. sub S. Martino *c. consul.* 5. *anathematismo* 18. & eodem modo notatur a multis Patribus, ut refert Cassiod. *de div. instit. c.* 1. & nihilominus D. Hier. *in ep. ad Paulum Concord.* Novatiani librum ad se transmitti postulabat, ut cognitis ejus venenis, libentius S. Cypriani antidotum biberet: unde in librorum lectione sequendum est consilium Theodoreti *l.* 3. *Polymorphi*, his verbis: *Imitare ergo apes, o vir bona, & S. Scriptura gnara, & SS. Patrum pulchris floris mente circumvolans, sibi favos in re comita: quod sordi habent invenerit, abi auferam, nec abolevisti, consimili est hic Apollinaris, & Eusebius, habet tamen aliquid inutile ad mei confirmandum: non est altissimi, quod bonum est sumas; quod vero noxium, relinquatis. Etenim apes fase in continuis fruticibus insidentes, quod est quidem germinosum, relinquunt, quod est vero sibi accommodatum, accipiunt. Hæc tibi quidem, o amice, jure fraternæ amicitiæ consulo.* Plura in hanc rem congessit Claudius Espenceus post commentarium epistolæ ad Titum, *in limitar. de lect. lib. suspect.* Ergo non omnes libri Auctoris damnati confiscandi, & comburendi sunt. Accedit, nam Ecclesia tolerat libros Gentilium, & Judæorum: ergo & hæreticorum scripta tolerare debet, cum detur eadem ratio improbationis in alteris, ac in aliis. Augetur hæc dubitandi ratio ex testimoniis Dionysii, & Hieronym. nam Dionysius, ut scribit Eusebius *lib.* 7. *hist. c.* 6. Nicephorus *lib.* 6. *c.* 8. & 9. cum reprehenderetur, quod libros hæreticorum legeret, respondit se visionem habuisse, qua sibi dicebatur: *Lege omnia quæ in manus tuas venient; valebis enim ad omnia respondere, & reprobare.* Hieron. *in epist.* 152. *ad Alexandrum Monachum*, inquit se legere libros Hæreticorum, ut bona inde excipiat, etiamsi sciat aliquos propterea de se murmurare. De Theophilo antiquo Doctore idem refert Socrates *lib.* 6. *hist. c.* 15. Denique in Conc. Carthag. 4. *can.* 16. præcipitur Episcopis, ut libros Hæreticorum legant pro necessitate, & tempore. Igitur non qualibet lectio librorum Hæreticorum prohibenda est.

Hæc tamen dubitandi ratione minime obstante, vera est præsens assertio, quæ probatur ex antiqua, perpetuaque consuetudine non solum Christianorum, verum & diversarum gentium, comburendi libros improbatæ lectionis. Prothagoræ libros ab Atheniensibus crematos refert Suidas, eo quod aliquando orationem sic esset exorsus: *De Diis scire non possum, utrum sint, neque an non sint.* Et Cicero 1. *de natura Deorum*, *ibi*: *Nam Abderites quidem Prothagoras, cujus a te modo mentio facta est, Sophistes temporibus illis, vel maximus, cum in principio libri sui posuisset: De Diis neque ut sint, neque ut non sint, habeo dicere; Atheniensium urbe, atque agro est exterminatus, librique ejus in concione combusti.* Idem refert Lactantius *lib. de ira Dei*, *c.* 9. quod factum cum narrat Sarisbariensis *lib.* 5. *Polycr. c.* 4. loco Prothagoræ, legit Pythagoram. Similiter & de libris Julii de natura Deorum, eo quod Atheismum induci per eos aliqui censebant, abolendos judicabant: refert Arnob. *lib.* 3. *adversus gentes*, *n.* 5. *ibi*: *Cumque alios audiam mussitare indignanter, & dicere, oportere statui per Senatum, ut aboleantur, ne vetustatis approbetur auctoritas.* Similiter Livius *l.* 5. *decad.* 3. refert Senatum addixisse libros quosdam cremandos, a trajiciente arcam ad Numæ sepulchrum repertos, quia evulgati religionem, ac cultum nimium læderent. Idem ex Varrone tradunt Lactantius *l.* 1. *divinar. instit. c.* 22. D. Aug. *lib.* 7. *de civit. Dei*, *c.* 34. & 35. late probat studium & curam Gentilium in damnandis libris, ex quorum lectione lædi poterant. Theoph. *in d. tr. de bonis & malis libris*, *erothem.* 4. *n.* 32. Lipsius *ad annal. Taciti*, Forn. 3. *rer. quotid.* 14. inde immanissimum edictum tulit Diocletianus de comburendis libris Christianorum, quod refert Arnob. *lib.* 4. *adversus gentes*, de quibus libris nonnulli accipiunt textum *in l.* 4. §. 1. *ff. fam. ercisc.* ubi Ulpianus docet, libros improbatæ lectionis, ut mala medicamenta in judicium familiæ erciscundæ non venire, nec inter heredes dividi, sed esse comburendos. Quam lectionem retinet D. Joseph. de Retes *lib.* 8. *opusc. cap.* 13. fuit enim infensissimus Christianæ Religionis Ulpianus. Quare ex ejus libro 8. *de offic. Proconf.* ubi de pœnis imponendis Christianis agebat, nulla supersunt vestigia in libris Pandectarum; ejus tamen odii extant vestigia *in l. si in aliam*, *ff. de offic. Proconf. l. congruit* 19. *de officio Præsidis*, *l.* 2. *ff. de extraord. crimin.* notavit eruditus Ramirez de Prado *in Pentecont. c.* 36. Ita textum in *d. l.* 4. §. 1. accipiunt Balduinus *de edictis pro Christianis*, *fol.* 111. Muthacius *in ord. recens.* Baronius *anno* 56. Sed ipse Baronius *anno* 301. Ulpianum refert ad libros magicos, mathematicosque, qui etiam comburendi erant, ex eodem jure. Paulus *lib.* 5. *sent. tit.* 23. *l. mathematicos* 10. *C. de Episc. aud. l. damnato* 6. §. *nec vero*, *C. de hæret. l.* 34. *C. Theod. eod. t. Nov.* 41. *Justin. c.* 1. Photius *in nomocan. tit.* 12. *c.* 3. & jussum sæpe fuisse a Senatu Magistratibus, ut hujusmodi libros conquirerent eosque cremarent, legimus apud Livium *lib.* 29. Dion. *lib.* 54. relatos a Fornerio *lib.* 3. *rer. quot. c.* 14. Concrematique per Ædiles, modo per Triumviros, testantur Tacitus *lib.* 4. *annal.* & *in vita Agricolæ*, Seneca *lib.* 10. *controv. in proœm.* unde D. Aug. de scriptoribus magicis agens, *lib.* 1. *de consensu Evangelist. c.* 9. ait: *Non solum disciplinam Christianam, sed ipsam terrenæ reipublicæ administrationem jura eos condemnare.* Similiter Antiochus putans libros veteris Testamenti suæ religioni noxios, edicto pœnali eos prohibuit, ut refertur *lib.* 1. *Machab. c.* 1. Alia diversarum gentium exempla referunt Tiberius Decian. *lib.* 5. *tr. crim. c.* 48. Beyerlinck *d. tom.* 4. *verbo Libri*, Gretserus *d. lib.* 1. *de jure prohib. librorum*, Lipsius *ad Tacitum lib.* 4. *annal.* 78.

6 Deum comburendi libros.

7 De eodem usu apud catholic. Sed ut ab Ethnicis ad Catholicos perveniamus, constat, in Ecclesia Catholica hunc semper morem fuisse comburendi libros hæreticorum: nam *Actuum Apost. c.* 19. refertur, quod multi credentium veniebant confitentes, & annunciantes actus suos: multi autem ex his, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus. Ubi *curiosa* pro

BIBLIOTECA CENTRALA U.A.I.

pro magicis artibus ponuntur, quæ etiam artes curiosæ dicuntur a Palladio *historia Lausiaca fol. 17.* ut divinandi curiositas *in l. 5. C. de maleficiis.* & D. Clemens *lib. 1. constitut. Apost. c. 7.* scribit, Apostolos prohibuisse fidelibus libros Gentilium: & sequentibus saeculis PP. Conc. Niceni libros Arii igni tradiderunt, ut refert Niceph. *lib. 8. hist. c. 18.* postea S. Chrysost. suffragante Theodosio Imperatore, præcepit ut pulsis ex urbibus Montanistis, & Eunomianis, eorum Codices comburerentur, & eo Sancto suggerente Theodosius edidit constitutionem, quæ extat *in l. 32. C. Theod. de hæreticis*; ubi notavit I. Gothofr. Faciunt textus *in l. 8. & 16. C. de hæret. l. 3. C. de summa Trin. l. 10. C. de Episc. aud. l. ultim. C. Theod. de malef.* Nec multo post Ephesina Synodus Nestorii libros curavit ubique flammis addici, datis litteris ad Theodosium, quæ extant *p. 1. Conc. Ephesini, c. 21.* & D. Aug. *in Ps. 61.* de quodam Christiano, qui fuerat magus, pœnitentiam acturo, ait: *Portat suos codices incendendos, quibus fuerat incendendus, ut illis in ignem missis, ipse in refrigerium transeat.* Manichæorum etiam libros a S. Leone incensos refert Prosper Aquit. *in chron. anno 446.* & similiter Gelasius non solum edidit constitutionem, quæ extat apud Gratianum *in c. sancta, 15. dist.* qua scripta hæreticorum, & apocrypha damnavit; verum Manichæorum libros ante ædem S. Mariæ concremasse refert Anastasius Bibliothecar. Idem Anastasius *in Hadriano II.* librum actorum Photii adversus Nicolaum fuisse combustum narrat, & in 8. Synodo, actione 8. idem Hadrianus decrevit, *omnia exemplaria cremari igne, contemplantibus cunctis, ne unus quidem apex, aut jota inde supersit.* Innoc. II. *ep. 16.* annuens petitioni Conc. Rhemensis, libros erroneos Petri Abailardi incendio damnavit, & combustos fuisse a Legato Romanæ Ecclesiæ, testatur S. Bernardus *ep. 193.* Libros Davidis de Dinanto, tanquam hæresibus scatentes, exustos fuisse in Conc. Provinciali Parisiis celebrato, ex Rigordo, & aliis refert Spond. *in contin. Baronii, anno 1209. n. 18.* & similiter in Conc. Rom. interdictam esse lectionem librorum Vviclef, refertur, & confirmatur in Conc. Constantiensi *sess. 8.* & postea Conc. Later. sub Leone X. *sess. 10.* libros hæreticorum omnino proscripsit. Tandem Tridentina Synodus quorumcumque hæreticorum libros, tanquam malæ messis certam sementem exterminavit: firmarunt eamdem prohibitionem suis constitutionibus Jul. III. Paul. IV. Pius IV. Nec recte Spond. *in d. continuat. Baronii, an. 1550. n. 2.* scribit primam legem generalem adversus libros hæreticorum latam esse eo anno a Julio III. cum jam idem prohibitum fuisset variis constitutionibus, quas juxta temporis seriem retulerunt Cotiol. *in Breviario chronol. an. 145.* Gretserus *d. libro de jure & more prohibendi libros*, Theoph. Rayn. *d. partit. 1. erotem. 3.* Hæc autem combustio librorum olim fiebat per Episcopos: & quidem libri Arii ab Episcopis damnati fuerunt, ut refert Nicephorus *lib. 8. c. 18.* & postea Imperator Constantinus edicto publico flammis addixit. Similiter Eutychetis libros damnarunt Episcopi in Conc. Chalced. Idem de Origenis scriptis refert Severus Sulpitius *dialog. 4. c. 7.* & in Conc. Tolet. 3. Patres Hispaniæ damnarunt detestabilem librum ab Arianis editum. Probat Filesacus *in c. 1. §. 7. de offic. Ordin.* Et licet ante hæresim damnatam ab Ecclesia non posset Princeps sæcularis edicto suo libros flammis addicere, tamen post damnationem Ecclesiæ laudabiliter faciunt ipsi Principes, dum legibus suis hujusmodi librorum abolitionem statuunt, ut fecerunt Imperatores in legibus supra citatis, & *l. 34. C. Theod. de hæret. l. fin. C. de maleficiis & mathematicis, l. ult. C. Theod. de malefic. Novella 42. l. 3. §. 3. C. de summa Trinit. l. 10. de Episcop. aud. l. 6. C. de hæreticis*, & probat Ricciulus *lib. 5. de jure person. c. 22. per tot.* præcipua tamen cura configendi, damnandique libros hæreticorum semper Pontificis fuit, ut fecerunt Gelasius I. Leo I. Gregorius IX. Innocent. IV. & Alexander IV. ut refert Farinac. *de hæres. q. 180. §. 1.* F. Ferdinand. Castillo *p. 1. Histor. Ordin. Prædicat. lib. 2. c. 53. & 55.* Petrus Greg. *lib. 12. de Repub. c. 7. n. 4.* & tandem Sixtus V. tanto negotio Cardinales aliquos præfecit, & congregationem instituit pro indice librorum prohibitorum, de qua egit Cohellius *in notit. Cardin. c. 35. congregat. 10.* In his autem regnis, ubi adest Inquisitor Generalis ad eum quoque spectat facultas prohibendi libros, qui sunt contra religionem Christianam, & bonos mores, ut constat ex ipso indice, in præfatione, *§ et vere, regul. 1. 4. 5. 6. 7. 8. & 10. ibi: Liberum sit Episcopis, aut Inquisitoribus Generalibus secundum facultatem quam habent, eos etiam libros, qui in his regulis permitti videntur, prohibere, si hoc in suis regnis, aut in provinciis, vel diœcesibus expedire judicaverint.* Prosequuntur alia plura de pœnis retinentium libros damnatæ lectionis, & de illis, qui possunt concedere licentiam legendi libros hæreticorum, Mendo, Bordonus, & Castropalao, *ubi proxime*, Penna *ad Eymericum, in præsenti.*

8 Tractatur ratio decidendi. Ratione etiam probatur, prohibendos, & abolendos esse Hæreticorum libros; si enim vivus sermo hæretici, ejusque alloquium devitandum est Christiano, quia serpit ut cancer sermo hæretici, auctore Apostolo, & docentibus D. Cypr. *ep. 40. & 55. ad finem*, S. Leone *serm. 28.* quanto magis scriptura, quæ non volat, & momento dilabitur ut verbum ore prolatum, sed persistit, veluti perennis quidam fons nefariæ doctrinæ in infinitos simul mortales, ad quos viva oratio nunquam pervenisset, cum in libro persistat anima ipsius hæretici. Pulchre Themistius *orat. 13. ibi: Animam ego sapientis hominis illius sapientiam esse arbitror, ac mentem, atque sermonem, sepulchra vero quodammodo animarum libros, ac scripta, in quibus tanquam in monumentis tenuiora earum reliquiæ servantur.* Inde libri hæreticorum supprimuntur, non solum propter falsam doctrinam, quæ in eis docetur, sed etiam ne remaneant hæreticæ pravitatis vestigia, sed flamma combusta depereant, *l. damnato, §. nec vero, l. quicumque, §. omnes, C. de hæreticis.* Et cum hæretici ex librorum editione non aliud imperiti vulgi plausus experant, æquum, & justum est, ut per librorum suppressionem hac inani gloria priventur. Deinde nam libelli famosi in injuriam privati hominis conscripti supprimuntur, & eorum auctores capitali pœna coercentur, *l. un. C. de famosis libellis, l. lex Cornelia, §. si quis librum, ff. de injuriis, l. ob carmen, ff. de testibus, l. cum leges, §. si cui, l. fin. ff. de testamentis*: probavi *in can. 57. Conc. Illib.* Ergo multo magis supprimi debent, & comburi libri editi in contumeliam Christi, & sanctæ Matris Ecclesiæ. Alias adducit rationes P. Theophilus *d. tom. 11. in tract. de bonis & malis libris, p. 1. erotem. 3.* Recte ergo in præsenti docet Gregorius, damnatis Cælestio, & Pelagio eorum falsa dogmata damnata, & improbata esse.

9 Diluitur dubitandi ratio. Nec obstat dubitandi ratio supra adducta, qua quod subducendos hujusmodi libros suo tempore nonnullos usos fuisse, testatur Thomas Vvaldensis in doctrinis præmissis ad Doctrinale fidei antiquæ, *doctr. 6.* & postea ab aliis in Belgio impudenter, & dolose jactatum scribit Castro *lib. 1. de justa hæret. pun. c. 16.* Nam parum refert in libris hæreticorum aliqua utilia reperiri, quæ æquiparantur confessioni veritatis dæmoniorum, ut inquit D. Aug. *in c. si quid veri 37. dist.* nam præterquam quod nihil est in libris hæreticorum, sive eloquentiam, sive materiam consideres, quod elegantius a pluribus Catholicis non sit scriptum, ut colligitur ex S. Irenæo *lib. 3. c. 4.* & probat Castro *lib. 1. de justa hæret. pun. 16.* Ricciulus *lib. 5. de jure person. c. 28. n. 16.* vera, vel bona ab hæreticis dicta, non sunt simpliciter bona, sed permixta, ut ita sub specie boni falsa legentibus valeant propinari.

*Impia sub dulci melle venena latent.*

Ut considerat D. Chrysostomus *in Matthæum hom. 47.* Beda *ad D. Marcum c. 1. & in commentar. ad Cantica, in princ.* quo aptatur illud Virgilii:

*Qui legitis flores, & humi nascentia fraga:*
*Frigidus (o pueri fugite hinc) latet anguis in herba.*

Quare propter commixtionem recta juris ratione hujusmodi scripta reprobantur exemplo falsæ monetæ, quæ quamvis contineat aliquid boni, quia tamen continet etiam malum, reprobatur, *l. 1. & 2. C. de falsa monet. l. eleganter, §. qui reprobaturus, ff. de pignor. act.* bonum enim commixtum cum malo, non dicitur amplius bonum, argumento legis *adeo, §. cum quis, ff. de acquir. domin.* Facit, nam non potest dici bonum, vel verum, quod est ordinatum ad suadendum malum, vel falsum, quia finis est ille, qui in rebus attenditur, *leg. cum furiosus. ff. de judiciis, l. non intelligitur, §. quando, ff. de jure fisci.* Unde prudenter Magnus Carolus V. in edicto suo Vvormatiensi, scripta Lutheri aboleri jussit, tametsi aliqui obtenderent esse in scriptis illis pleraque bona, his verbis: *Non obstante, quod in illis etiam aliqua bona ad fallendos simplicium animos involuta essent. In quo propter justam Sedis Apostolicæ sententiam, etiam laudatissimam veterum PP. institutionem, & consuetudinem omnino exequendam duximus, qui Arianorum, Priscillianistarum, Nestorianorum, Eutychianorum, & aliorum hæreticorum libros, & in illis contenta omnia, tam bona, quam mala penitus exusserunt, & annichilarunt, nec id immerito. Nam si optimi quique cibi unica tantum gutta veneni, qua humanum corpus læderetur, infusione suspecti sunt omnino abjiciendi, quanto magis ea scripta, quæ tantis & tam noxiis animorum venenis passim infecta sunt, non solum vobis cavenda sunt, sed etiam ne aliis noceant, ab omni hominum memoria veniunt obliteranda. Accedit, quod quicquid boni in Martini libris reperitur, id antea a sanctis PP. quos Ecclesia recepit, & approbavit, facile dictum, & sæpius repetitum, absque ullius periculi, aut mali suspicione legi, & haberi potest.* Nec obstat quod dicebamus de libris Tertulliani, Origenis, & similium qui tolerantur ab Ecclesia; nam hoc procedit, quoniam ex illis magis refutantur eorum errores, siquidem ex eorum antecedentibus scriptis sequentia errata deteguntur. Et licet Hieron. & alii supra relati libros hæreticorum legerent, id tamen faciebant ut eos refellerent, ut hodie etiam conceditur perdoctis viris, ut improbatos libros ad corrigendum legant. Nec tandem obstat, quod de libris Gentilium, & Judæorum expendebamus, quia similes libri Catholicæ veritati non obsunt; qui enim fidem Christi non emetiuntur, ut sunt Gentiles, non facile homines ad falsum dogma inducunt, nec possunt per umbram sanctitatis decipere homines simpliciores; imo ex eorum lectione non levis utilitas assequitur ad exponenda, & illustranda tam sacra, quam canonica scripta, ut probavi *in c. fin. de ætate, & qualit.*

10 Expositio Zachariæ Papæ in Concil. Rom. Sed supra traditis obstat factum Zachariæ Papæ relatum in ea epistola, quæ est 138. inter epistolas S. Bonifacii, ubi refertur Zachariam prohibuisse igni tradi libros Adalberti infans hæretici, quos Synodus Romana cremari jusserat. Igitur quia libri hæreticorum non sunt configendi, nec comburendi. Pro cujus difficultatis solutione dicendum est, Pontificem prohibuisse libros Adalberti flammis subjici, non ut eorum incolumitati consuleret, sed



ad perpetuam confusionem ipsius Adalberti, & ejus sectatorum voluit exemplar unum in scriniis Romanæ Ecclesiæ servari, quia libri illi pleni erant impietatibus crassissimis, & apertissimis, Adalbertusque a plerisque colebatur ut Sanctus. Unde Ecclesiæ interfuit ejus libros non prorsus aboleri, ut si quando res ferret, ex operibus probaretur impietas auctoris, ut docuit Theophilus *dict. tract. de bonis, & malis libris, erotem. 3. num. 26.*

# C A P U T V.

## a *Ex Concilio Africano.*

Item constitutum est, ut si quis Episcopus hæredes extraneos a consanguinitate sua, vel hæreticos etiam consanguineos, aut paganos, Ecclesiæ prætulerit, saltem post mortem anathema ei dicatur, atque ejus nomen inter Dei sacerdotes nullo modo *b* recitetur: nec *c* excusari possit, si intestatus decesserit, quia utique debuit factus Episcopus, rei suæ ordinationem congruam suæ professioni nequaquam differre.

### N O T Æ.

1 a *Africano.*) Ita etiam legitur in prima collectione, *sub hoc tit. c. 8.* reperiturque textus hic in Codice canonum Ecclesiæ Afric. *can. 81.* prout in præsenti transcribitur, & canon editus fuit in Synodo Carthag. ubi apud Balsamonem, & Zonaram in ordine 84. canon hic ita legitur: " De " Episcopis hæreticos, vel Græcos hæredes relinquentibus, " similiter definitum est, si quis Episcopus hæreticos, aut " Græcos, sive sint consanguinei, sive a consanguinitate alieni, hæredes Ecclesiæ prætulerit, etiam post mortem ei di" catur anathema, & nomen ejus inter Dei sacerdotes mini" me referatur, nec possit excusari, si intestatus excesserit, " quoniam cum factus est Episcopus, justam debet facere re" rum suarum dispositionem suæ professioni convenientem." Pro præsentis autem inscriptionis expositione repetenda sunt, quæ adduxi *in c. 1. de arbitr.*

2 b *Recitetur.*) Inter Missarum solemnia, cum ex diptychis nomina Episcoporum defunctorum recitabantur: sciendum enim est, jam a temporibus Apostolorum diptycha in usu fuisse. Est autem Diptychon Ecclesiasticum tabula, in qua nomina Episcoporum Catholicorum, sacerdotum, ac fidelium benefactorum Ecclesiæ scribebantur, quorum nomina solebant recitari inter Missarum solemnia, ut constat ex epistola Ægyptiorum Episcoporum ad Anatolium Patriarcham CP. ibi: *Diptychon est, in quo venerabilium pia memoria transitus ad cælos habentium Episcoporum vocabula habentur, quæ tempore sacrorum mysteriorum secundum Sanctorum regulas leguntur.* Ex Alcuino *lib. de celebrat. Missar.* ibi: *Post ergo illa verba, quibus dicitur, In somno pacis, ubi fuit antiquitus sicut etiam usque hodie Romana agit Ecclesia, ut statim recitarentur ex diptychis nomina defunctorum.* Et tabula hæc duplex erat, quarum una vivorum, altera mortuorum nomina continebat, ut ex eis in sacrificio Missæ nomina recitarentur. Dionysius *de Eccles. hierarch. c. 3.* ibi: *Et cum se omnes communi salutaverint, mystica sacrarum tabularum recitatio fit.* Ex prima recitabantur nomina Episcopi superstitis, Regis, seu Imperatoris, ut probavi *in c. de celebr. Missar.* & ejus qui oblationem faciebat. Concil. Illiber. *can. 29.* ibi: *Energumenum, qui ab spiritu erratico agitur hujus nomen ad altare cum oblatione non esse recitandum.* Et *c. sane 24. q. 6. c. visum 50. 11. q. 3. c. visum, de consecr. dist. 3.* Concil. Emeritense *can. 10.* " Proinde salubri deliberatione censuimus, ut pro singulis quibusque Ecclesiis, in quibus Presbyter jussus fuerit per sui Episcopi ordinationem præesse, pro singulis diebus Dominicis sacrificium Deo procuret offerre; & eorum nomina, a quibus eas Ecclesias constat esse constructas, vel qui aliquid his sanctis Ecclesiis videntur, aut visi sunt contulisse, si viventes in corpore sunt, ante Altare recitentur tempore Missæ: quod si ab hac discesserunt, aut discesserint luce, nomina eorum cum defunctis fidelibus recitentur suo ordine." Innoc. *epist. 1. ad Decentium*, D. Chrysost. *in sua liturg.* ibi: Diaconus incensat in circuitu sacram mensam, & diptycha; defunctorum, autem, & vivorum uti vult memoriam facit. " Unde colligitur, non ideo diptycham dictam esse, quod gemini essent libri, unus viventium, alter mortuorum, ut existimavit Meursius in suo Lexico Græco-Barbaro, verbo *Diptycha*; cum unus idemque liber utrorumque nomina continere soleret, & duabus tabulis constaret, ut probat Rosweidus *in Onomast. verbo Diptycha.* Vivorum, qui diptychis iis inscribi solebant, meminerunt Concil. Chalced. *act. 11.* Joan. Diaconus *in vita S. Gregorii, l. 4. c. 23.* Ad diptycham autem defunctorum spectant 6. Synod. *act. 13.* ibi: " Hos " sanctæ memoriæ tres viros, id est Thomam, Joannem, & " Constantinum prævidimus in indemnitate manere, atque in " sacris diptychis sanctarum Ecclesiarum recitari." Theodoret. *l. 5. Eccles. Hist. c. 37.* Cyprianus *ep. 37. ad Clerum*: " Denique & dies eorum, quibus excedunt, annotate, ut " commemorationem eorum inter memorias martyrum celebrare possimus." Justinianus Imperat. *in epist. ad 5. Synodum generalem*, quæ est CP. 2. ibi: " Sicut & eos, qui injuste condemnati sunt, revocaverunt post mortem, & in sacris diptychis scripserunt." Permansit hujus ritus commendandi tam vivos, quam defunctos in Missa consuetudo hodie in canone Missæ, cum primo viventium in priori *Memento*, deinde defunctorum in secundo mentionem facimus; plura de ipsis diptychis, & earum usu congesserunt Stephanus Durantius *de ritibus Eccles. c. 43.* Angelus Rocca *in not. ad Sacram. D. Gregor. col. 64.* P. Higuera *in notis ad Luitprandum in diptych.* Volat. Rosweid. ad vitas Sanctorum PP. *in Onomast. verbo Diptychon*, Menardus *ad concord. regul. c. 4.* Baronius *tom. 6. anno 430. & 518.* Berterius Pithanon *diatr. 2.* Christophorus Brouberus *in notis ad lib. 10. Venantii*, Vargas *in notis ad Luitprandum, Chron. fol. 11.* Altesserra *de Ducibus cap. 19.* Castro *de justa hæretic. punit. lib. 2. cap. 20.* Conradus Brunus *lib. 5. de hæretic. cap. 17.* Penna *ad Eymer. 2. par. commen. 4. pag. 99.* Petrus Herodius *rer. judic. lib. 1. tit. 6. cap. 22.* Andreas Saufay *in apparat. ad Martyrol. Gallic. cap. 8. & 9.* Hallier *de Hierarch. Eccles. lib. 4. artic. 6. §. 1.* Anton. Augustin. *in epit. jur. lib. 18. titul. 12.* Albaspin. *lib. 1. obs. cap. 7.* Loaysa *in not. ad Concil. Tolet. 11. can. 12.* Pamelius *in not. ad Cyprian. epist. 10.* Zerola *in idiom. cap. 143.* Cironius *ad titul. de Baptism.* Landmeter. *lib. 2. de veteri monach. cap. 81.* Lindemb. *in Glossar. leg. antiq. verbo Nominum recitatio.* Crespetius *in summa, verbo Nomen*, Durant. *de Missa ritib. lib. 2. cap. 43.* Gabriel Albaspineus *lib. 1. observ. cap. 7.*

3 c *Nec excusari possit.*) Zonaras in notis ad hunc canonem agnovit difficultatem horum verborum, & ita existimat posse interpretari, si ab intestato moriatur Episcopus omni defensione privatus, si non distribuerit competenter bona sua, cum oporteat alium facere inventarium rerum mortui Episcopi competens, sive debitum ejus administrationi; admonentur etiam, inquit, creatus Episcopus canones servare, qui jubent, ut pauperum, & hospitum amici sint, & liberales. Sed rectius Balsamon in scholiis ad hunc canonem ait, testamentum hoc casu, tanquam contra leges factum, nullum esse, & hæreticos, seu Paganos hæredes institutos, nihil ex eo capere posse, ita ut Episcopus ab intestato decessisse videatur; nec tunc posse conqueri, quod ab intestato decesserit; cum debuerit, dum superstes fuit, de bonis suis disponere, aut rite de eis testamentum condere; capaces hæredes instituendo, non vero incapaces, ut sunt hæretici.

### COMMENTARIUM.

4 Conclusio stabilitur, & probatur. Ex hoc canone sequens communiter deducitur assertio: " Episcopus hæredem instituens hæreticum, seu paganum, consanguineum, vel extraneum, etiam post mortem " anathematizatur, & nomen ejus ex diptycha defunctorum " tempore Missæ non recitatur." Probant eam textus *in c. in ut 6. hoc tit.* Conc. Constantinop. 2. quod Œcumenicum dicitur, *collat. 5.* ibi: " Sextilianus Rever. Episcopus de Africana provincia, vices agens Primosi Religiosissimi Episcopi Carthaginensis, & in medio stans, hæc dixit: Quoniam proposita sunt sancta Evangelia, & oportet unumquemque ex, quæ sunt suæ scientiæ, ad propositam quæstionem pertinentia facere manifesta; docto sanctum vestrum Concilium, quod anterioribus temporibus in nostra provincia multi Episcopi congregati, & quædam de diversis causis ad Ecclesiasticum statum pertinentibus disponentes, statuerunt de Episcopis defunctis, qui hæreticis suas facultates relinquunt, ita ut post mortem anathemati subjiciantur." Illustrant eam Justel. *in notis ad can. 81. Codic. Eccles. Afric.* Zonaras, & Balsamon *in schol. ad can. 84. Concil. Carthag.* Cironius *in parat. ad tit. de testam.* Mendoza *lib. 3. Concil. Illiber. can. 60.* Albaspinæus *lib. 1. observ. c. 7.* Thomas Delbene *part. 1. de offic. Inquisit. dub. 147. sect. 3.* Suarez *de fide, disp. 18. sect. 6. n. 9.*

5 Impugnatur ratio dubitandi. Sed pro dubitandi ratione in præsentem assertionem ita insurgo: Episcopus dominus est non solum bonorum proprii patrimonii, verum, & fructuum sui Episcopatus, ut probavi *in c. 1. de testam.* Igitur potest de eis testamentum condere, & quos voluerit, hæredes instituere, tam consanguineos, quam extraneos, sive Hæreticos, sive Paganos. Augetur difficultas hæc ex eo, nam etsi Episcopus peccaret hæredes instituendo hæreticos, aut paganos, tamen non ideo post mortem excommunicari debebat: nam crimina morte extinguuntur, scilicet cum reus vinculis corporis naturali dissolutione digressus est, *c. quæsitum, 23. dist. l. contra, §. his qui ad supp., ff. de re judic. l. 3. l. defuncto 6. ff. de public. judic. l. ex judiciorum 20. ff. de accusat. l. si pœna 20. ff. de pœnis, l. 1. ff. de privat. delict. l. constitutionibus 33. ff. de O. & A. l. 1. & 2. C. si reus, vel accusator, c. Admonere 32. q. 2. c. causam, et 2. qui fil. sint legit. c. a nobis, el 2. de sent. excommun. l. 9. tit. 8. part. 3. l. 7. & 23. tit. 1. partit. 7.* Probant D. Th. *2. 2. q. 104. art. 1.* Simanchas *in enchirid. tit. 61. n. 1. & de Cathol. tit. 28. n. 2.* Carena *de offic. Inquis. p. 2. titul. 19. §. 1. n. 1.* Donel. & Cujac. *in l. unic. C. ex delict. defunctor.* Ant. Gomez *l. 3. var. c. 1. n. 77. & 85.* ubi plures Ayllon, Pet. Barb. *in l. filius 15. ff. de judic.* Robert. *l. 1. rer. jud. c. 10.* Pichard. *in §. eos autem, Inst. de perpetuis, & temp.* Schifford. *ad Fabr. l. 1. tr. 10. q. 10.* Amaya *in l. eorum, C. de jure fisci, n. 4. l. 10.* Unde contra defunctum sententia pro-



BIBLIOTECA CENTRALA U.A.I.

proferri non potest, l. de quo re 24. §. cum absentem, ff. de judic. l. in summa 49. §. fin. ff. de re judic. junctis traditis a Maltrillo dec. 137. Cabedo dec. 196. Nam cum qui moriuntur, quasi ad superius tribunal adducantur, juxta Glossam in c. 2. 26. q. 7, a judicio humano subtrahi debent, c. quamvidam, c. epistola, 23. dist. Hadrianus II. in epistola ad Carolum Calvum: " Atque de his, qui ad Dominum migraverunt, nobis facile judicare non licet: cum enim in manu Dei judicis consistant, humanis definitionibus quidquid de his tribuatur, non solum præsumptionis, sed & damnationis est pronum judicium. " Accedit ratio Pauli in l. si pœna 20, ff. de pœnis, ibi: *Quia pœna constituitur in emendationem hominum, quæ mortuo eo, in quem constitui videtur, desinit*. Quam illustrant Solorzanus lib. 1. de parricid. c. 1. & 2. Amaya ubi supra, n. 7. & lib. 2. observ. c. 4. n. 1. Guazzinus defensione 35. c. 17. Philippus Camerarius operis subsec. c. 4. quod in excommunicatione infligenda præcipue procedit, nam excommunicato prohibetur communicatio cum fidelibus, ad hoc ut rubore suffusus citius a peccato resipiscat, c. pie, de sentent. excom. lib. 6. Quæ ratio cum cesset in mortuo, propterea quod non est amplius capax pœnitentiæ, c. qualis, 26. dist. excommunicatio cessare debet, ex l. augere, §. quaeruntur, ff. de jure patron.

6 Traditur ratio decidendi.

Quæ dubitandi ratione non obstante, vera est præsens assertio, cujus ratio provenit ex eo, nam hæretici prohibentur capere aliquid ex testamento, & quocumque successionis modo, in detestationem tanti criminis, ex c. fin. l. Manichæos, Authent. credentes, l. Arianos, §. consilia, l. quæ, de Samaritanis, C. hoc tit. l. 16. tit. 1. par. tit. 6. l. 4. tit. 26. par. tit. 7. excommunicamus; §. credentes, h. tit. Probant Simancas de Cathol. tit. 46. n. 36. Rojas de hæret. sign. 79. Tiber. Decianus l. 5. tract. crim. c. 41. Farinac. de hæresi, q. 179. n. 94. Quesada q. 18. per tot. Ricciulus de jure person. l. 5. c. 17. Mieres de majorat. par. 1. q. 1. n. 131. Sanch. l. 2. summæ, c. 14. Azor. par. 1. inst. lib. 5. c. 8. qu. 2. Vasquez in 1. 2. q. 9. ar. 5. Unde cum Episcopus, cui specialiter ratione officii competit extirpare hæreses, ut probavi supra in c. 1. hæreticos instituit heredes, sive consanguineos, sive extraneos, quia quodammodo eos fovere videtur, excommunicationem incurrit, cujus ratione etiam post mortem anathematizari valet; id enim importat dictio illa *saltem*, quam innuitur, quod si adhuc Episcopus viveret excommunicandus erat; sed quia jam decessit, saltem post mortem ei anathema dicatur, quia excommunicatus decessit; cui pœnæ consequens & illa est, videlicet, ut nomen ejus ex diptychis defunctorum non recitetur; nam illorum Præsulum, qui in hæreseos suspicione, vel pertinacia erant defuncti, nomina ex hujusmodi sacris tabulis eradebantur. Unde sexta Synodus Patriarcharum, qui Monothelitarum impium dogma propugnaverant, effigies de Ecclesia jussit auferri, eorumque nomina ex sacris diptychis oblitterari: *Deinde abstulerunt de diptychis* (ait Anastasius in Agathone) *nomina Patriarcharum, vel de picturis Ecclesiæ figuras eorum, idest Cyri, Sergii, Pauli, Pyrrhi, Petri, per quos error, Orthodoxæ fidei, usque nunc pullulaverat*. Justin. Imperator in confessione rectæ fidei adversus tria capitula, seu in edicto de fide Catholica, quod habetur post 5. Synodum, ibi: *Itaque, & omnis plenitudo Orthodoxæ Ecclesiæ, in qua Episcopus dicitur fuisse, cum intellexisset, quod Paganis, & Judæis, & Sodomitanis a sanctis Patribus connumeratur, deleverunt ipsi ex illo tempore e sacris Ecclesiæ diptychis ejus nomen*. Plura Baron. t. 7. an. 518. & 519. Nec modo hæreticorum, sed eorum quoque Præsulum, qui gravi famæ macula laboraverant in moribus, nomina e sacris diptychis proscribebantur. Quamobrem Hincmarus Rhemensis Archiepiscopus, decessoris sui Ebonis depositi nomen in diptychis adscriptum secure se tolerare, vel recitare posse non existimavit, nisi Sedis Apostolicæ more recepto suæ Ecclesiæ accederet auctoritas: quare consuluit Nicolaum Pontificem in hæc verba: " Denique præfato Ebone defuncto, Ecclesia, sed & parochia nostra secundum consuetudinem, quam ex antiquo habuit etiam de his, qui in Episcopatu, usque ad obitum in eadem Ecclesia non permanserant " ipsius nomen inter sacrosancta mysteria in Episcoporum catalogum recitare pietatis gratia cœpit, & hactenus fecit: quod ego, ne scandalizarem devotos, quasi invidens saluti fraternæ, maxime autem quiescentis in Domino animæ, qui non pro exorbitatione in Catholicæ fidei sanctitate, sed sua conscientia stimulante primum a se ipso, & postea a Synodo, sed & Apostolica sede damnatus extitit, hoc prohibere, sine Apostolicæ Sedis auctoritate nequaquam præsumpsi: dicente B. Cælestino Papa, quia nefas est hæc pati religiosas animas, quarum afflictione (quia membra nostra sunt) nos quoque convenit macerari. Rescribere mihi dignetur Apostolica vestra auctoritas, utrum eumdem Ebonem inter Episcopos in sacris diptychis in Ecclesia nostra nominare permittam; an ne de cetero in Episcoporum catalogo nominetur, prohibere debeam." Refert Saulay in apparat. ad Martyr. Gallic. c. 8. Alia dat Altesserra d. c. 17. Merito ergo cum in præsenti casu Episcopus heredes instituens hæreticos, consanguineos, vel extraneos, foveret hæreticos, in excommunicationemque incideret, ideo ejus nomen non recitatur inter Missarum solemnia.

7 Diluitur dubitandi ratio.

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta; nam præsens textus accipiendus est de Episcopo, qui testamentum condidit de bonis patrimonialibus, de quibus licet inter extraneos, aut consanguineos disponere licite, & valide possit, juxta tradita in c. 1. de testam. tamen hæreticos instituere non poterat, non ex defectu dominii, quod verum in ipsis bonis habebat: sed propter incapacitatem hæreticorum, qui testamenti factionem passivam non habent, ut supra probavi, & dicam infra in sequenti capite. Nec obstat primum augmentum ipsius difficultatis, nam licet crimina regulariter morte extinguantur, tamen cum delicta graviora sunt, ut læsæ Majestatis divinæ, vel humanæ, etiam post mortem rei ad inquisitionem, & punitionem proceditur, c. sane, 24. q. 2. c. accusatus, c. filii, §. in es, l. 1. in 6. l. Manichæos, C. de hæret. Conc. Biterrense, can. 18, l. 4. §. in mortem, C. hoc t. 3. 4. & ult. C. de apostat. Quod circa Hæreticos non caret exemplis, siquidem Origines 200. annis post mortem damnatus fuit, Socrates l. 6. c. 5. Item Theodorus Mopsuestenus in Synodo 5. generali, ut probat Facundus Hermien. pro defensione trium capitulorum Concilii Chalced. l. 8. c. 5. & lib. 10. c. 4. Ex quibus locis petenda est vera explicatio c. 5. & 7, 24. q. 2. Plura Simancas de Catholicis instit. t. 4. n. 4. Torreblanca l. 13. de jure spirit. c. 6. Transmiera in synod. fidei, q. 6. c. 2. ut similium memoria reorum damnetur, l. si quis filio 6. §. 8. ff. de injusto rupto, l. cum hic 32. §. 5. ff. donat. inter vir. cum filius 76. ff. de legat. 1. §. fin. l. 6. & 7. C. ad l. Jul. majest. §. interdum, Instit. de hæredit. quæ ab intestato, Amaya supra, Barbosa in l. filius, n. 17. ff. de judic. Vela dissert. 11. num. 59. Carena 2. p. tit. 19. §. 1. Ant. Leoncil. dec. 82. n. 1. P. Herodius l. 1. rer. judic. tit. 6. c. 22. & ex Magistratuum albo nomen eradebantur. Tullius in oratione pro Sextio, ibi: *Sic appellandi sunt Consules, quos nemo est, qui non modo ex memoria, sed etiam ex fastis evellendos non putet*. Hoc modo legimus apud Suidam, sub Imperatore Arcadio Eutropium ex Consulum albo deletum: & apud Nicephorum Calixtum lib. 3. hist. Eccles. c. 4. ibi: " Leges autem opera ejus latæ, ex publicis monumentis sublata, & nomen ejus e catalogo, & nomenclatura Consulum expunctum est. Cassiod. lib. 10. hist. tripart. c. 4. & de ipso Imperatores Arcadius, & Honorius in l. 17. C. Theod. de pœnis, ita sanxerunt: " Ut ejusdem universis actibus antiquitatis, omnia mutescant tempora, nec ejus enumeratione seculi nostri labes appareat. " Et sub eisdem Imperatoribus funestorum Consulum nomen aboleri jussum est, ut eorum tempus quasi non fuerit, æstimetur, l. valeat 9. C. Theod. de confirm. iis, quæ sub tyran. Referunt Socrates lib. 6. hist. c. 5. Marcellinus Comes in chron. Claudianus lib. 2. in Eutrop.

*Illicitas Consul pœnas te Consule solvit:*
*Annus qui trabeas, his dedit exilium.*
*Infaustum populis in se quoque vertitur omen:*
*Sævit in Auctorem prodigiosus honor.*
*Ablato pariter respirant nomine fasti.*

*e Josephinos.*) Arnaldus gunse Brixianus, cum aliquot aliis in Gallia Insubrum impia operam dedisse anno 1192. Brixium reversus, & religiosum professus est, eumque eloquentia non parum valeret, novos, præsertim opinionis in Ecclesia feminavit, sectam nominis sui Josephinos, a quibus aliqui propria habere pote, omissaque Principum, & ipsius Apostolici Sedis, quam Ecclesiam Romanam vocabant, ab eius arbitrio Episcopi, & Presbyteri recederent, quare ab urbe expulsus, tandem Romæ combustus fuit, & eius cineres in Tiberim spatii, ut referunt Otto Frisingensis lib. 2. c. 22. Baronius anno 1155. n. 1. Salelles *d. l. 3. c. 12. qq. 169.* Pinus *ubi supra. n. 10.* Ubi vero. c. 179. De eo D. Bernard. *ep. 189.* ita scribit: " Arnaldus de Brixia, cujus conversatio mala, & doctrina venenata, qui caput colombi, cauda scorpionis habet, qui virtutem ejus non intelligens, condemnetur; perfecti nihilominus ordinatione fanctionum, ut qui manifeste furiore in fupradictis erroribus depravati, fi clericus est, vel cujuslibet religionis obumbratione fuerint, tenius ecclesiastici ordinis prærogativa se tueatur, & fi omni parter offerit, hæreticus ecclesiastico spoliatus fecularis remaneat arbitrio potestatis, animadversione debita puniendus, nisi *g* continuo post deprehensionem certum, ad Ecclesiæ unitatem fponte recurrere, & erroribus fuum ad arbitrium Episcopi regionis publice confenserit & abjurare, & fatisfactionem congruam exhibere. Laicus autem, quem aliqua prædictarum pestium notoria, vel privata culpa respersarit, nisi prout dictum est, abjurata hæresi, & fatisfactione exhibita, confessus ad fidem ecclesiæ confugerit ordinabuntur, secularis judicio arbitrio relinquatur, debitum subeundum pro qualitate facinoris ultionem. Qui vero inventi fuerint fub fecularis fuspicione notabiles, nisi ad arbitrium Episcopi juxta considerationem fuspicionis, qualitatemque persone, propriam innocentiam congrua purgatione manifestaverint, similis sententiæ *f* fubjacebunt, illius autem, qui post abjurationem erroris, vel postquam se excusavit, favorii Antichristi examinationem purgaverit, deprehendi fuerint in abjuratam hæresim recidisse, fecularis judicio sine ulla penitus audientia decernimus *g* relinquendum. Si vero aliquis Archiepiscopus, vel Episcopus, quod absit, delexerit, secundum fanctiones legitimas applicandis. Sane prædictam excommunicationis sententiam, qui omnes præcipimus hæreticos fugiatere, ab omnibus Patriarchis, & Archiepiscopis, in præcipuis festivitatibus, & quotiens folemnitates habebuntur, vel quandoque occasionem, ad gloriam Dei, & reprehensionem hæreticæ pravitatis, decernimus innovari; auctoritate Apostolica statuentes, ut si cuis de ordine Episcoporum negligens in his fuerit, vel deficiosus inventus, per triennale spatium ab Episcopali honoure dignitate, & administratione fuspendus. Ad hæc de Episcopali confilio, & fuggestione cuiuslibet imperialis, & Principum ejus adjacimus, ut quilibet Archiepiscopus, & Episcopus per se, vel Archidiaconum fuum, aut per alias honestas, idoneasque personas, bis, vel femel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat, & fit tres, vel plures boni testimonii viros, vel etiam, fi expedire videbitur, totius vicinium jurare compellat; quod fi quis ibidem hæreticos fciverit, vel alicujus occultæ conventicula celebrantes, feu a communi conversatione fidelium vita, & moribus diffidentes, cos Episcopo, vel Archidiacono fuidem loci jurare. Episcopus autem, qui præfentium fuam convocationi fatisfacere, qui nisi fe ad eorum arbitrium juxta partis conferentiam ab objecto purgaverint, vel fi post purgationem exhibitam, in priilinum furorem relapsi perfidiam, Episcoporum judicio puniantur. Si qui vero ex eis penitentiam superfluisse damnabilis reflexiones, jurare forte nolentes, ex hoc ipso hæretici judicentur, & pœnis, qua prænominatur fanc., percellantur, hanctimus insuper, ut Comites, Barones, Rectores, Consules civitatum, & aliorum locorum, juxta commonitionem Archiepiscoporum, & Episcoporum, præstita corroborare juramenta e promittant, quod in omnibus prædictis fortiter, & efficaciter, cum ab eis fuerint exinde requisiti, Ecclesiam contra hæreticos, & eorum complices adjuvabunt, & defendent, bona fide juxta officium, & poste fuum Ecclesiasticus fimul, & imperialis flatus, circa ea, quæ diximus, executioni mandari. Si vero id observare noluerint, honore, quem obtinent, spolientur & ad alios nullatenus assumantur, nihilominus excommunicatione ligandi, & terre ipforum fupposi-

Diana *tom. 4. tr. 8. refol. 24.* Transimus *de peccam. l. 3. q. 13.* Sanchez papistic *in confuetud. lib. 1. disput. 10.* num. 16. quod ipsi res inimicam, prævitat in his curere, vel in ipsa fide, dum adhærent ad locum, ubi fementia ipsis placebat exercenda ad ea pariter, administrandos ad recondiciones, ac docent in præsens, & intra *in c. excommunicamus*, Cardinalis; Joannes Andreas, Abbas, & Antonius Syluester *in summa*, verb. *Hæreticus Panor. d. consuetud. no. 1.* Parisius *de his q. 142. q. 5. n. 26.* Diana *d. resol. 24.* Salelles & Carena *supra.* Tenuissimus ab positio, qui refutatur de hac præsi omnium Tribunalium. Unde hæc verba *scientur*, & *confessus*, huius textus, ipsi accipiunt, hoc eli post fententiam, necquum tradatur brachio secularis: qui præsis ut pia frequenta eli, est præsens conclusionis manu custodia videtur, & non expresse Lucius in præsenti igit de eo pertinaci continuo, & confestim post deprehensionem erunt, videlicet statim ac apprehensus eli in ipsa haresi, ac carceri inscipiatur, tamen ad judicium absolutum: dicitur enim *confessus*, Rosellus, qui primum judicio capta haberi potest, *l. 5. confessus, ff. ad Trebellianum*, barbola in *definitione dict. ff. tit. 16.* Sed quia haresi benignitatem, & pietatem aliquam innotam admittunt dictiones hæ *scientes*, & *confessus*, ut ex allis dicet ipse barbola, ideo in Tribunalibus S. Inquisitionis receptum eli, ut pontanus dicitur fententiam pœnitus, quæ post fententiam publici pectatum pœnitet; piis qui præsi fuit textus *in c. excommunicamus* 13. §. 2. 6. 4. ubi ita generaliter cavetur: " Si qui autem de prædictis, postquam fuerint deprehensi; redire voluerint ad catholicam pœnitentiam agendam, ita perpetuam carcerem detrudantur. " Ubi nulla facta distinctione temporis intra quod hæresi benignitatem, & pietatem aliquam innotam admittunt, & postquam hæreticus judici peccatum relinquat eli, & in ipso loco supplicii reperitur, si errorem suum ejusdem pœnitentiam petierit, admittendus eli ad reconciliationem; ut probant Praxis Romana Tribunalium, & Salelles, ubi pronunc; credorem nunc, post ben quam fententiam sequitur eli, cum ipse eum agnoscit, & vere constitutum sigat dedit, & alios cum pœnitentia nova morsia immittendo cum ore datur, scilicet fuidem inquisitore, si fenerum in eosqui mandaverint. Vide ante instructiones 11. & 12.

*f Arbitrium.*) Ad quem abjurationem omnis hæretici remittur, ut ait, nisi abjuratis propriis erroribus, Ecclesiæ reconciliari *potuerint, vi, & qui quæ c. in Basilica 28. l. 3. c. 8.* qui ait: *Ecclesiæ Romanæ Ecclesiæ, c. 1. q. 7. c. 8.* quæ *Ecclesiæ, c. 11. tit. 70.* & præsitat *in can. 12. Concil. Illib.* ubi de origine, & forma hujus abjurationis agit. De ejus differentia, & natura videantur late tractati Bonacina *de Conscientia, tom. 11. de Restitut. tit. 13.* Illud non omittam, quum hæreticus post abjurationem fuorum errorum ungi confuevisse loco chrismatis, & forma, ut refert Gualterus *tract. 13. cap. 17.* Ego te ungo in nomine Christiani. " præsat Menardus *in notis ad S. Leonem*; D. Gregorius, *lib. 2. ep. 28.* Hac abjuratio hæresis libello obtato amotibus jurabatur, ut refert Gualterus *tract. 13.* Ab his abjurationem, per christianam unitionem recipiebat Ecclesia. Synodus Nicæna I. *can. 9.* & Nicæna II. *can. 8.* qui Novatiani Episcopi, & Presbyteri, & baptismum meum non imponebant, nec christianos reciebant: unde eos abjurare jubebant, ut ait Balsamon. " Hæc ergo plebi unde spiritus, quam non confignat undire facerdotes? Theodoretus *l. 3. hæretic. fabul. c. 5. tit. 14.* quos Novatianos, & fubdiaconum christianum prabent: quapropter nos, qui ex hac hæresi corpori Ecclesiæ conjungitur, laudatissimi PP. imago præcipuunt. " Unde illis hæreticis, & fimilibus ad Christianos, qui ab illis erroribus reburdant ad unitatem Ecclesiæ facramentum, quod omissum fuerat ab hæretico. Syricus Pastoribus *ep. ad Himerium, c. 1.* ubi agens de Arianis ait: " Quos non tam Novatiani, aliisque hæretici, dicere in Spanoso conditorum est, per invocationem solum Spiritus sancti Episcopi, Episcopalis manus impositione Catholicorum conventui locantur; quod etiam cunctis Orientis, Occidentisque catholicis, *Conc. Arel. 1. can. 1.* obt. cavetur. Urbanicio, qui in Trinitate baptizati fuit, ab hæresi redeuntibus, manus tantum imponendum: ut accipiant Spiritum Sanctum. " Idem omnino decernunt Innocens. I. de Novatianis, & Montanistis *in ep. ad Victricium*; & Leo I. *in ep. ad Rusticum*, & in Concil. Arelat. 1. habito anno 452. ita cavetur in can. 19. " Si quis Arianorum ad fidem nostræ matris ecclesiæ catholicæ quos fimul, & ipsi riant baptizati in Trinitate manifestata est, & interrogati ab eisdem rotham eis tunc caste confessi fuerint, cum chrismate, & manus impositione ad Ecclesiæ cœtus fuscipi. *Et in Synodo Aurasic. 1. anno 441. c. 2. ita legitur:* Hæreticos in manus dilectionis pollice, & Catholici effe debebunt. " Ab ipso Episcopo. " Presbyteris cum chrismate. " & hæreticis confignari placuit. *Conciliorum Aquens. can. 16.* Presbyteros præter solutum animarum, quam in eos, qui ejusmodi defperatis, & desumptionibus hæreticis, G 4 ut

„ si conversionem subitam petant, christinatæ permittimus „ subveniri: quod omnibus conversuris, si sani sunt, a „ Episcopo expetendum. “ Alii vero hæretici, qui Confirmationis sacramentum ignorabant, tantum per pœnitentiam communioni restituebantur. Greg. Magnus l. 9. regist. ep. 161. Illustrat P. Marcha in notis ad can. 2. Conc. Claromont. ubi hæc verba refert ex quadam veteri Græca collectione: “Nestorianos vero, & Eutychianistas oportet transcribere libellis, & hæresim anathematizare, una cum Nestorio, Eutyche, Dioscoro, & Severo, & iis, qui similia sentiunt, & ceteras omnes hæreses, & participes fieri sanctæ communionis. “

l Subjiciebantur.) Cap. excommunicamus 13. §. qui autem infra hoc tit. ubi dicemus.

6 m Relinquendus.) Consonant caput Accusatus, in princip. & §. eum vero, & §. ille quoque, hoc tit. in 6. qui textus desumptus est ex Bulla Alexan. IV. quæ incipit, Quod super, quam refert Eymericus ad calcem Director. Inquisit. Concil. Narbon. can. 6. & ita relapsi, quamvis pœnitentes, nulla abjuratione facta, sunt omnino tradendi brachio sæculari, ita ut recepto sacramento Pœnitentiæ, prius strangulentur, & postea defuncti comburantur: si vero impœnitentes, & pertinaces persistant, vivi flammis tradantur: quam praxim communiter receptam probant Penna ad Eymericum, 3. p. Directorii, comment. 83. Sousa in Instit. theorem 36. n. 2. Farinac. de hæresi, qu. 191. n. 4. Sanctarellus eod. tract. c. 42. n. 17. Simanchas de catholic. inst. tit. 57. n. 16. in l. 1. tit. 3. n. 171. lib. 8. recopil. Decianus lib. 5. tract. crimin. c. 26. n. 7. Cantera qq. crimin. de hæretic. c. 1. num. 13. Delbene de offic. Inquisit. dubit. 161. cum seq. Suarez de fide, disput. 23. sect. 2. Carena de offic. Inquisit. part. 2. tit. 2. §. 6. Castropalao t. 1. oper. moral. tr. 4. disp. 6. punct. 2. n. 9. Sousa in aphorism. Inquisit. l. 2. c. 45. Salelles t. 3. de materi. Tribun. sanct. Inquisit. l. 4. §. 6. regul. 511. Ratio est, tum quia is, qui semel lapsus veniam obtinuit, & hæresim abjuravit, & ad libertatem peccandi quadam confidentia abutitur, indignus est reconciliationis beneficio, nec ei parcendum est, qui impunitatem veteris delicti non emendatione, sed consuetudini deputavit, l. 3. C. de Episc. aud. junctis traditis a Gometio l. 3. variar. c. 3. n. 61. Padilla in l. transigere, n. 47. C. de transact. Julio Claro in pract. §. ult. q. 59. n. 9. Tum etiam quia conversio hæretici relapsi, qui semel inconstans fuit, nec præstitit id, quod per abjurationem promiserat, sed Ecclesiam decepit, præsumitur simulata, juxta regulam Semel malus, de R. J. lib. 6. & quia Ecclesia, quæ ex præteritis præsumit circa futura, c. sicubam, de præsumpt. & corda non intuetur, minime admittendam talem conversionem judicavit; docent, & argumentis hæreticorum satisfaciunt, quibus ipsi probare intendunt relapsis pœnitentiam esse concedendam, D. Thomas 2. 2. q. 11. art. 4. Castro l. 2. de justa hæret. punit. c. 2. Simanc. de Cathol. instit. tit. 57. n. 10. Licet autem relapsis venia non concedatur, ut mortem, aut relaxationem evitent, petentibus tamen pœnitentiam quoad salutem spiritualem Ecclesia non denegat, quia nemini claudit gremium, c. duo, 23. q. 4. l. fin. C. de summa Trinit. Covar. lib. 2. c. 10. n. fin. Gamma de sacrament. præstand. q. 1. num. 9. faciunt, quæ de pœnitentia lapsis præstanda, non vero communione, adduxi in c. 1. Concil. Illiber. Et licet ultimo supplicio damnatis regulariter Eucharistia concedatur, Clement. unic. de pœnit. & remiss. tamen generali consuetudine Inquisitionum Hispaniæ receptum est, ut his relapsis etiam pœnitentibus sacramentum Eucharistiæ non ministretur, ut testatur Carena ubi proxime.

7 Valde autem cavere, & attendere debent Inquisitores an vere relapsus sit reus, ut ejus persona judici sæculari relaxetur; nam alius est relapsus vere, qui scilicet deprehenditur in hæresim abjuratam recidisse, de quo agitur in præsenti, & in c. super eo, c. accusatus, §. eum, hoc tit. in 6. quem explicant Mantique annot. Clem. num. 1214. c. 3. n. 9. Bocanus de fide, c. 15. qu. 9. Petrus Gregor. l. 2. syn. tit. 5. cap. 2. alius est relapsus præsumptus per juris interpretationem, qui scilicet post abjurationem vehementem hæresis suspicionem, in ipsam hæresim incidit, de quo agitur in d. c. accusatus, in princip. & in §. ille quoque: nam eo casu ex hæresi subsequuta deducit jus vehementem præsumptionem, scilicet in veritate præcessisse hæresim, sed probationem defecisse, d. c. accusatus, juncta ejus integra, quæ exstat in l. 5. direct. Inquisit. Inde deducitur, relapsum vere, vel præsumptive, quoad juris effectum neminem esse, nisi præcedebat abjuratio solemnis, per quam Ecclesiæ reconciliatur reus; juxta præsentem textum, & in d. c. accusatus, & in d. c. super eo, ibi: in abjuratum: secundum quos effectus relapsus non tam tribuitur hæresi, quam abjurationi, per quam reconciliatus obligatur Ecclesiæ. Deinde infertur, non esse quem relapsum, nisi relabatur in eamdem hæresim abjuratam, nec satis esse in diversam relabi, ut constat ex hoc textu ibi, in ipsa, c. super eo, c. accusatus, §. eum, hoc titulo, l. 6. docent Castro de justa hæretic. punit. c. 2. Simanc. de Catholicis, tit. 57. n. 6. Et licet abjurans aliquam hæresim censeatur per consequens omnes hæreses abjurasse, quatenus connexæ sunt, c. excommunicamus 13. hoc titulo, juncto D. Thoma 2. 2. q. 5. artic. 5. formaliter tamen, & expresse solum abjurat hæresim, quam exprimit, vel omnes, si generaliter aut indefinite abjuret. Oportet autem, ut quis dicatur relapsus, quod reincidat in hæresim formaliter abjuratam, ut satis deducitur ex præsenti textu: quare consuetudine receptum est ad removendum omne dubium, ut omnes lapsi abjurent generaliter quamcumque hæresim, ut notarunt Salelles, & Carena ubi supra. Adhuc in hac relapsorum parte praxi receptum vidi, ut quidam verus relapsus Curiæ sæculari non traderetur, quia in initio secundæ causæ Inquisitores more solito, & recepto in primis causis, polliciti fuerunt illi misericordiam consuetam, & receptam cum bonis pœnitentibus. Unde ipse confessus fuit relapsum, & ita reconciliatus, non vero judici sæculari traditus fuit. Similiter alius, qui confessus fuit in secunda causa, se abjurasse formaliter in Inquisitione Eborensi Lusitaniæ, & postea confessus fuit relapsum in secunda causa, quia non constabat de prima abjuratione, nisi per ejus confessionem, non fuit traditus judici sæculari. Etiam alius, cui injuncta fuit abjuratio de vehementi, cum postea in secunda causa confessus fuit lapsum formaliter, non fuit traditus brachio sæculari, quia apparuit in priori causa injuste abjurationem de vehementi illi injunctam fuisse. Etiam me præsente, cum quidam post formalem abjurationem, ut relapsus in idem delictum fuisset in carcerem detrusus, & confessus fuisset factum, sed negasset intentionem, fuit torturæ suppositus; & cum ibi intentionem fateretur, ejus persona Judici sæculari tradita fuit.

8 n Semel in anno.) Cap. excommunicamus, §. adjicimus infra hoc tit. ubi dicemus.

o Juramentis præmittant.) Cap. excommunicamus, §. moneantur, infra hoc tit. ubi illustrabimus.

p Delegatis.) Unde deducitur, non obstante quocumque exemptionis privilegio, posse Episcopum simul cum Inquisitoribus procedere contra religiosos cujuscumque Ordinis; & cum hæc potestas in religiosos sit delegata, non potest Vicarius Sede vacante hanc jurisdictionem exercere in religiosos exemptos, quia Capitulum vacante Sede non succedit in jurisdictionem delegatam, sed tantum ordinariam, ut resolvunt Farin. de hæresi, q. 186. n. 177. Carena de officio Inquisit. part. 2. tit. 6. l. 1. §. 3. Diana p. 8. tract. 4. resol. 37.

## COMMENTARIUM.

9 Ex hac dimissa constitutione sequens Assertio disputanda est: “ Hæretici impœnitentes, seu pertinaces in errore tradendi sunt Curiæ sæculari, & si clerici sunt, prius degradantur, & omnibus beneficiis privantur. “ Probant eam textus in c. 1. cum contumacia, c. penult. hoc tit. in 6. c. excommunicamus 15. infra hoc tit. Illustrant ultra congestos in præsenti a Barbosa Pot. Greg. l. 2. partis. t. 6. c. 8. & de beneficiis, c. 26. Eymericus 2. p. directorii, q. 4. Farinacius de hæresi, q. 190. n. 2. Carena de off. Inquisit. p. 2. tit. 6. §. 3. Decianus l. 5. tract. crimin. cap. 55. Simanc. de Catholicis, tit. 48. n. 6. Jul. Clarus l. 5. sent. §. hæresis, D. Thoma 2. 2. q. 11. art. 4. Pater Suarez de fide, disp. 23. sect. 2. n. 3. Castropalao t. 1. oper. mor. tract. 4. disp. 5. puncto 2. Salelles 3. p. art. de materiis Tribun. sanctæ Inquisitionis, l. 5. c. 6. regul. 303.

*Concilia tradun, & pœnæ.*

10 Sed pro dubitandi ratione in præsentem assertionem ita insurgo: Errantis pœnam tantum esse doceri, dixit Plato, & docuerant Seneca in Tragœd. ibi:

*Impugnatur prædicta assertio*

*Quis unquam scelerit errori dedit?*

Et de ira l. 14. “ Non est prudentis errantes odisse, alioquin ipse sibi odio erit. Marcus Antonin. l. 14. Si potes, meliora doce: si non potes memento in hoc tibi lenitatem datam; ipsi Dii lenes sunt talibus. D. Chrysost. epist. 4. ad Ephes. vers. 17. ibi: Eum qui ignorat, nec malo affici, nec accusari oportet, sed æquum est, ut discat, quæ ignorat. “ Quod præcipue procedit circa religionem, quæ suadenda est, non imponenda. Tertul. ad Scapul. “ Hoc ad irreligiositatis elogium concurrit, adimere libertatem religionis, & interdicere optionem divinitatis, ut non liceat mihi colere, quem velim, sed cogar colere, quem nolim. Atque adeo & Ægyptiis permissa est tam vanæ superstitionis potestas, avibus, & bestiis consecrandi, & capite damnandi, qui aliquem hujusmodi Deum occiderit. Valentin. laudante Ammiano Marcel. lib. 30. ibi: Nec quemquam inquietavit, nec ut hoc coleretur, imperavit: nec interdictis minacibus subjectorum cervicem ad id, quod ipse coluit, inclinabat, sed intemeratas reliquit has partes, ut reperit. Sic Lactantius l. 5. instit. cap. 20. & 21. ait: Cogi religionem non posse, & verbis, non verberibus constitui: nec quidquam esse tam voluntarium quam religionem. & Christianos non esse Ægyptiis pejores. “ Plura adduxi in c. sicut, de Judæis. Et si hoc generaliter in quacumque religione amplectenda, & retinenda procedit, multo justius, & facilius in nostra vera fide Catholica, ad quam recipiendam noluit Christus Dominus neminem hujus vitæ pœnis, aut earum metu pertrahi, juxta D. Joannem c. 6. vers. 67. Lucam c. 9. vers. 54. Matthæum c. 13. vers. 24. Apostol. ad Rom. c. 8. vers. 15. ad Hebræos c. 2. vers. 15. quo sensu verissimum est illud Tertul. Lex nova non se vindicat ultore gladio. Et D. Clemens in suis constitutionibus, de Christo Domino ait: “ Liberam reliquit hominibus arbitrii potestatem, non morte temporali eos puniens, sed in altero sæculo ad reddendam rationem vocans. D. Athanasius in epistola ad Solitariam vitam agentes: Dominus non cogens, sed libertatem suam voluntati permittens, dicebat quidem vulgo omnibus: Si quis vult venire post me; Apostolis vero: Numquid & vos abire vultis? D. Chrysostomus ad eumdem Joannis locum, ibi: Interrogabat, an & ipsi velint discedere? quod omnem est amoventis vim, ac necessitatem. D. Cyprian. ep. 55. Conversus ad Apostolos suos dixit: Numquid & vos vultis ire? servans scilicet legem, qua homo libertati suæ relictus, & in arbitrio proprio constitutus, sibimetipsi vel mortem appetit, vel salutem. “ In Arianam hæresim acriter invehitur Athanasius ubi proxime, quod prima in contradicentes usa esset judicum potestate, & quos non potuisset verbis inducere, eos vi, plagis, carceribus ad se pertrahere niteretur: atque ita, inquit, seipsum, quam non sit pia, nec Dei cultrix, manifestat. Leo Magnus epist. 73. non majorem pœnam de hæreticis poscit, quam ut sacerdotio, & urbe excluderentur. Socrates adversus Theodosium Episcopum, l. 5. cap. 3. de Macedonianis nimium persequentibus: Hoc, inquit, non erat de more orthodoxæ Ecclesiæ, quæ homines persequi non solebat. Et ut ait Leo, ubi supra: Quid vero profuit sanguis effusus hæreticorum, nisi ut ipsi suos etiam Martyres haberent, licet falsos? Quemadmodum Optatus Milevitanus notavit, & pluribus post sæculis D. Bernardus ser. 66. in Cantica, sub finem. Ecclesia enim sanguinem abhorret, longe dissensus, ut para, veraque est, ab impuro, falsoque Mahometi Alcoranismo, de quo Richardus Monachus Ordinis Prædicatorum, in confut. Alcoranismi, c. 10. ait: Ille adversus nos credentes Alcorano clamat: Interimite, interimite: atque Alcoranismi sacerdotes verba pro illo facturi nudant ensem, eumque manu tenent. Nostrum vero Evangelium docet orandum pro inimicis, ac nostri sacerdotes non ensem, sed crucem tollunt, non violentiæ, sed mansuetudinis signum ostendentes. D. Bernardus ser. 64. Hæretici capiantur potius, quam effugentur; capiantur dico, non armis, sed argumentis, quibus refellantur errores eorum. D. Aug. ep. 48. Neminem ad unitatem Christi esse cogendum, verbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos Catholicos haberemus, quos apertos hæreticos noveramus. Athan. apol. 2. Coder, & vincula aliena sunt a nostra Ecclesia. Et Valentinianus initio sui imperii cavit, ut libere voluntate quisquam cultum religionis teneret, l. 9. C. Theodos. de maleficis, & mathem. ibi: Testes sunt leges a me in exordio imperii mei datæ, quibus unicuique quod animo imbibisset, colendi libera facultas tributa est. Refert Am. Marcel. l. 30. de eo Valentiniano agens, ibi: Hoc moderamine Principatus inclaruit, quod inter religionum diversitates medius exstitit, nec quemquam inquietavit, nec ut hoc coleretur, imperavit, aut illud. Patis Arnob. l. 2. Quid est tam injustum, quam invitis extorquere in contrarias voluntates, inculcare quod nolint, & quod refugiunt animis; pejus nocere, quam profis, & priore detracto, in alienum habitum, sententiamque traducere. Et Socrates l. 3. historia, c. 21. laudat Imperatorem Jovinianum, quod cuique pro arbitrio religionem profiteri permiserit. Facit textus in c. qui sectantur, 23. qu. 4. & Episcopis Galliæ intendentibus hæreticos ab urbe repellere per Judices sæculares, hæc ait Sulpitius Severus: Tam vero Idacius, atque Ithacius acrius instare, arbitrantes posse inter initia malum comprimi, sed parum sanis consiliis sæculares judices adeunt, ut eorum decretis, atque executionibus hæretici urbibus pellerentur. Igitur hæretici non sunt pœnis præcipue temporalibus cogendi, ut fidem nostram Catholicam profiteantur. Augetur primo hæc dubitandi ratio ex eo, quia in Republica Hebræorum diversæ erant sectæ, videlicet Sadducæorum, & Pharisæorum, ut constat ex cap. 23. Actorum Apost. ver. 6. ibi: Sciens quia una pars esset Sadducæorum, & altera Pharisæorum. Sed Sadducæi aperte hæretici erant, quippe qui mortuorum resurrectionem negabant, & admittebantur ad concilia, ac synedria. Igitur quia unicuique liber est opinionum, & dogmatum delectus. Augetur secundo hæc difficultas ex parabola Patrisfamilias, qui servis zizania extirpare volentibus, & dicentibus apud Matthæum c. 13. v. 28. Vis imus, & colligimus ea? ait; „ Non, ne forte colligentes „ zizania, eradicetis simul cum eis & triticum: sinite utraque crescere usque ad messem. „ Cum ergo passim Interpretes zizaniam hoc hæreticos esse doceant, sequi videtur, non esse cum eis vi agendum, sed tempus messis expectandum, extremum scilicet judicii diem; Christoque Domino Judicii causæ hujus cognitionem integram reservandam esse. Deinde difficilis est ea pars assertionis, ubi docetur, clericum hæreticum degradandum esse, & tradendum Curiæ sæculari; nam clericus, nisi incorrigibilis sit, degradari, & judici sæculari tradi nequit, c. cum non ab homine, de judiciis. Igitur non statim ac in hæresim lapsus est, degradandus venit.

